

*novata apud aquilam posuit vitem (cf. infra inter titulos militares). Partem certe militum legionis dissolutae translata esse in Raetiam, et ex Raetia, cum legio restitueretur, in Africam redisse indicat etiam titulus VIII 2332 add. p. 934. — Tradunt auctores Valeriano imperium delatum esse a. 255 a militibus qui undique contracti apud Raetias morabantur (Victor Caes. 52 cf. Eutrop. 97, Zosim. 1, 28). Apparet horum militum bonam partem fuisse e legione tertia Augusta, hisque Valerianum praemii loco dedisse, ut in Africam reportarentur legioque restitueretur; id autem factum eo ipso anno quo Valerianus imperator factus est, ante d. 22 Oct., hic titulus docet (cf. Heuzen ann. inst. arch. 1860 p. 58, Mo. C. VIII praef. p. XX). Vexillatio legionis tertiae Gemellis tendens praeterea non memoratur, recensetur praepositus limitis Gemellarum in Notitia dignitatum. — 2) II t lapis. — 3) Consules ordinarii a. 255, Volusianus Augustus iam defunctus.*

**532** imp. Caes. | P. Licinio | Valeriano | et P. Licinio | Gal[*l*]ieno | P[*s*] Felicibus | Augg. c. U. S. N.<sup>1</sup>

*Prope Ladenburg (Lopodunum) rep. a. 1885, columna miliaria (Baumann Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschrift f. Geschichte 1884 p. 5). Simul repertae sunt columnae inscriptae nominibus Gordiani, Philipporum, Decii, Herennii Etrusci. — 1) Cf. supra N. 472 not. 3.*

**533** imp. Caes. P. Licinio Vale[r]iano Pio Felici invicto | Au[g.] pontifici maximo, | cos. II<sup>1</sup>, proc., trib. pot. II<sup>1</sup>, | patri patriae, restitutori | publice saecuritatis | ac libertatis conserva[t]ori, ordo Foro[clo]diensium dicatissimus | numini maiestatique eius, | curantibus C. Antistio Martia[le] e. q. R.<sup>2</sup>, C. Vettio Felicissimo e. q. R.<sup>2</sup>, | Q. Aemilio Severiano.

*Ad lacum Sabatinum ad aedem S. Liberati, ubi fuit Forum Clodi (XI 5340 descr. Bormann). — 1) A. 234. — 2) Equite Romano.*

**534** imp. Caes. P. Li[cin]io Valeri[an]o P. F., Aug. pont. | max. p. p., tr. pot. III<sup>1</sup>, | cos.<sup>2</sup>, resp. Osson. | ex decreto ord. | devot[a] numini | maiestatiq. eius | d.

*Fari in Lusitania, ubi fuit Ossonoba (II 4 bis descripta). — 1) A. 255. — 2) Cum iterum consul fuerit Valerianus a. 254, tertium a. 255, consulatus numerum omissum esse apparet (ut etiam III 3255).*

**535** imp. Caes. P. Lici[n]io Valeriano | Pio Felici Aug. | pont. max., trib. pot. | ter, cos. II<sup>1</sup>, pro cos., | p. p., | d. d.

*Acquaspartae in Umbria, rep. Carsulis (XI 4367 vidit Bormann). — 1) Valerianus imperator factus a. 255 aliquanto ante d. 22 Oct. (supra N. 551), tribunicia potestate ter dici debuit non solum anno 255, quo fuit consul tertium, sed etiam, si veterem usum tribuniciae potestatis numerandae retinuit, a. 254 post d. 10 Dec., quo tempore fuit etiam consul iterum. Eo temporis spatio si titulus positus est, numeri recte procedunt. Ceterum ita referti sunt tituli Valeriani et Gallieni huiusmodi erroribus (cf. N. 558. 544. 545), ut hic quoque erratum esse credere malim. Etiam in nummis Gallieni legi numeros inexplicabiles queritur Eckhel 7, 795. 8, 445.*

**536** imp. Caes. | P. Licinio Egna[t]io Gallieno | Pio Fel. Aug. pont. | max., trib. pot. III<sup>1</sup>, | cos.<sup>2</sup>, procos., p. p., | d. d.